Kropski Steph. Jos. Quaestio iuridica de constitutionibus.

24/10 Franco.

✠

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO JURIDICA, DE CONSTITUTIONIBUS.

Ex c. Canonum statuta, de Constitutionibus. juncta l. Constitutiones C. de Iuris & facti ignorantia.

PRO

Collegio Clarissimorum DD. U. J. DOCTORUM & Professorum, Almæ Universitatis Cracoviensis.

PER

M. STEPHANUM JOSEPHUM KROPSKI,

I. U. PROFESSOREM, Ecclesiarum Collegiatæ SS. OO. Crac: CANONICUM, in Czulice CURATŨ.



In Lectorio Juridico

PUBLICÆ DISPUTATIONI

PROPOSITA.

Annô Salutis Humanæ 1723. die 15. mensis Novembris.

CRACOVIÆ, TYPIS ACADEMICIS.

QVÆSTIO JURIDICA DE CONSTITUTIONIBUS.

U. Conſtitutiones legitimè latæ, ac debitè promulgatæ, ſubditos duntaxat obligantes, ſibi invicem derogare queant; nec ne?

CONCLUSIO I.

COnſtitutiones humanæ debent legitimè ferri (*a*)

a. c. nam cum omnes, de Conſtitutionibus.

COROLLARIUM. I.

Summus Pontifex habet ſupremam in terris poteſtatem condendi Conſtitutiones, non tantùm reſpectu omnium fidelium (*b*) ſed etiam

in

infidelium. (c) alij verò Legislatores respectu suorum duntaxat subditorum. (d).

b. can. Duo sunt. dist. 96. §. 1. & 2. Instit: de Iure naturali.

c. c. Quia quorundam. de V. S. ibiq́ gloss. V. universaliter. l. non tantùm. ff. de Legibus.

d. can. 2. dist. 2. c finali. de Constit: in 6.

COROLLARIUM II.

Materia Constitutionis debet esse iusta, honesta, & possibilis secundùm naturam, morem & consuetudinem loci, (e) principaliter respiciens bonum commune. (f)

e. can. erit dist. 4. gloss. in c. Postulasti de Rescriptis V. ultra duas

l. impossibilium ff. de R. I.

f. c. cum omnes de Constitutionibus.

c. statutum, de Rescriptis in 6.

COROLLARIUM III.

Nulla Constitutio, tàm Canonica, quàm Civilis in foro externo per se præcipere, vel prohibere potest actus merè internos. (g)

g. can. erubescant. dist. 32.

can. cogitationis de Pænit. dist. 2.

COROLLARIUM IV.

Constitutiones non ad præterita, sed ad futura tantùm extenduntur; nisi in eis de præteritis caueatur. (*h*) aut nisi sint Juris Naturalis. (*i*)

h. c. cognoscentes, & c. ult. de Constit.

i. c. cum tu. de Vsuris.

COROLLARIUM V.

Officium Constitutionum, seu Legum, tam Ecclesiasticarum quàm sæcularium est, præcipere, prohibere, permittere, vel punire; (*k*) Causa verò finalis, ut humana coerceatur audacia, & nocendi facultas refrenetur. (*l*)

k. can. Omnis autem lex. & can. Privilegia. distinct. 3.

l. can. Facta sunt. distinct. 4.

CONCLUSIO II.

Constitutiones debitè promulgandæ sunt (*m*)

m. can. Proposuisti. dist. 82.
gloss. in c. Cognoscentes. h. t.

CO-

COROLLARIUM I.

Spatium duorum Mensium præfigitur ad publicandam Constitutionem: (*n*) nisi aliud tempus determinetur ad obligandum (*o*)

n. can. Proposuisti. dist. 82
gloss. in supra allegato c. Cognoscentes.

o. Extravag c. unic de Præbend & Dignit.
gloss. V. extunc. in d. c. Proposuisti V. probatur Concil. Trid. sess 24. cap: 1. de Refer: Matrim.

COROLLARIUM II.

Constitutio Papæ promulgari solet in Curiæ Romanæ loco designato; Leges autem aliorum Principum in Provincijs Jurisdictioni eorundem subiectis; dum modò ad notitiam subditorum pertingere valeant (*p*)

p. c. 1. de Concess. Præb. in 6.
gloss. un. in c. ut animarum. de Constit. in 6.

COROLLARIUM III.

Non est necesse Constitutionem omnibus & singulis de Communitate intimari, vel denuntiari; sed sufficit, ut publicè promulgetur; (*q*) nec est necesse, ut ad aures singulorum perveniat. (*r*)

q. can. 7. 25. quæst. 5.
r. c. cum ad hæc, de postul. Præb.
gloss. in d. c. Cognoscentes. e. t.

COROLLARIUM IV.

Constitutio, quando est promulgata affirmativè, per eam intelligitur id concessum, quod non reperitur permissum (*s*)
s. gloss in c. inter corporalia § neq. de translat. Episcop. V. non invenitur.

COROLLARIUM V.

Leges promulgatæ firmantur, cum moribus utentium approbantur (*t*)
t. can. in istis temporalibus. dist. 4.

CONCLUSIO III

Constitutiones subditos duntaxat obligant (*u*)
u. can Magnum. 11. quæst. 1.
c. Solitæ. de Majorit. & Obed.
c. 1. de Constitutionibus.
l. 3. C. de Legibus.

CO-

COROLLARIUM I.

Supremus & absolutus Legislator non constringitur proprijs legibus, quò ad vim coactivam; (v) eas tamen observare debet, quò ad vim directivam. (x)

v. gloss in c. 1. de Constit. V. ab omnibus.
gloss. in c. 3. de Maiorit. & Obed V. personaliter.
gloss. in Extrauag. rem novam; de dolo & Contumacia. V. ad evidentiam.
l. Princeps. ff. de Legibus.
x. Extrauag. rem novam, ibiq. gloss. v. ad secundum.
c. Cum omnes de Constit.

COROLLARIUM II.

In Constitutione Humana præceptũ justum tàm Canonicum, quàm Ciuile, potest obligare subditos in conscientia, quò ad culpam & pænam, graviter vel leviter, pro ratione materiæ & legis constitutæ (y)

y. can. si autem. 11. quæst. 3.
can. Imperatores. 11. quæst. 3.
c. Execrabilis de Præb. & Dignit.
c. Cum inter de V. S. in 6.
Extrauag. quorundam de v. S.
gloss. ibidem v. mandantes.

c. 2.

c. 2. de Maiorit. & Obedient.
c. per Venerabilem. §. sunt autem qui filij &c.

COROLLARIUM III.

Privilegiati non obligantur Constitutione illius Legislatoris, à cujus Iurisdictione sunt exempti; (*z*) nec Cives, vel Diæcesani inculpabiliter absentes, ac ignorantes; (*aa*) multò minùs obligantur usum rationis non habentes (*bb*)

z. gloss in c. 1. de Statu Monachorum V. disciplina.
gloss. in c. Dilectus filius. de offic: Iudicis Ord. V. de lege Iurisd.
gloss. in c. Tuarũ. de Priuilegijs v. privilegij.
gloss. in Clemènt. unic: de excess. Præl. V. frequens.
aa. c. ut animarum. de Constit: in 6. ibiq; gloss. V. ut animarum.
bb. c. 2. e. t. in 6.

COROLLARIUM IV.

Constitutiones non ligant extra Territorum Legislatoris. (*cc*)

cc. c. final. de Constit: in 6. CO-

COROLLARIUM V.

Statuta sæcularia, tam generalia, quàm specialia, nec non Constitutiones hujus Regni, non possunt obligare Personas, Ecclesias, & res Ecclesiasticas immunitate Ecclesiastica gaudentes, nec ijsdem gabellas, aliaq; onera licitè imponere, quamvis ad relevandas Laicorũ necessitates (ubi eorum non suppetunt facultates) ordinentur; nisi super hoc priùs consulatur, & consentiat Romanus Pontifex (*dd*)

dd. can. non placuit. 16. quæst. 7.
c. 1. de immunit. Ecclesiast. in 6.
c. Ecclesia S. M. Magdal. de Constit. in 6.
c. quanquam de Censibus in 6.
c. non minus, & c. adversus de immunit. Ecclesiast.
Concil. Trid. sess. 25. cap: 20. de Reform: Bulla Cœnæ Domini.
l. 25. ff. de legibus, & Senatûs Consult.
Privil. Serenissimorũ Regni Poloniæ Principum. Vladislai anno. 1223. Venceslai. 1284. Sigismundi 1544.

Constit. eiusdem Regni annorum: 1607. titulo Duchowni, seu spirituales 1621. titulo sposob Pospolitego Ruszenia, seu Generalis expeditionis. 1635. titulo Ordynacya Dobr Rzeczypospolitey *seu Bonorum Reipublicæ; item extant aliæ Constitutiones, & Privilegia in Volumine Legum contenta.*

CONCLUSIO IV.

COostitutiones possunt sibi invicem derogare. (*ee*)

ee. c. Cum esses. de testamentis.
c. Laicos. de Iureiurando in 6.

COROLLARIUM I.

Non debet allegari Constitutio abrogata, alioquin scienter illam prætendens pænæ obnoxius est. (*ff*)

ff gloss. in c. novit. de Iudicijs. v. quicunq;

COROLLARIUM II.

Constitutio nova posterior, tollit præcedentem directè contrariam, quamvis non fiat in illa mentio anterioris, (*gg*) nisi sit Statutum, aut Rescriptum singularum Personarum vel locorum (*hh*) *gg.*

gg. c. 1. de Constit. in 6. ibidemq; gloss. V. interdũ.
hh. c. Pastoralis de Rescriptis.
l. non est nowvm casus positione. ff de Legibus.

COROLLARIUM III.

Constitutioni Superioris non potest derogari per inferiorem (*ii*)

ii. Clement. ne Romani. de Elect.

COROLLARIUM. IV.

Legislator competens potest ex rationabili causa necessitatis, vel utilitatis Constitutionem à se, vel suo Antecessore latam, non solùm revocare, mutare & abrogare; verùm etiam in ea dispensare (*kk*)

kk. can. ut constitueretur. dist. 50.
c. 1. Innotuit. de Elect.
c. ad onus, ibidemq; gloss. v. non obstantibus.
c. Veniens de præscriptionibus, ibiq; gloss v. (nullam.
c. licet de Electiou. in 6.
c. Alma Mater. de Senten. excom. in 6.
gloss. in c. Fraternitati. de Schismaticis v. dispensatum.

COROLLARIUM V.

Per consvetudinem quoq; rationabilem legitimè præscriptam, (*ll*) nec non cessante causa, Constitutio non sortitur suum effectum (*mm*)

ll. c. novit. §. non putet. de Iudicijs.
gloss in can. Consvetudo. dist. 1. v. cum defuit.
gloss. in can. In istis. dist. 4. v. abrogare.
gloss. in c. sanè de temp: ordinat v. antiqua.
gloss. final. in c. 2. de Probation.

mm gloss. in c. cum causa. de sent. & re judicata v. præiudicat.

Supremo Legum Conditori
Per quem Reges regnant, & Principes Iusta decernunt
DEO TER OPTIMO MAXIMO
HONOR & GLORIA.

Permissu
Magnifici Domini
RECTORIS.